



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 43. Quidam Scriptores e Societate mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. A. C. 1619. opinione Augustinus Molina patria Castellanus, qui Ordinem FF. Eremitarum Sancti Augustini professus Theologiam tradidit, postea ad Cartusianos in Regiam domum *de Miraflores*, quæ prope Burgos in Regno Castellæ sita est, sese transtulit. Scripsit idiomate patrio librum plane aureum, jam trigésimo prælo excusum, cui titulus: *Instructio Sacerdotum ex Sanctis Patribus*: Edidit quoque *exercitia spiritualia pro Fratibus laicis*, item librum de meditatione & oratione præter tractatus de quatuor novissimis, & de rebus politicis: Præfata ejusdem Instructio propter sui utilitatem in Gallicam ac Italicum idioma translata, atque janno Christi millesimo sexcentesimo quadragésimo quarto Antverpiæ apud Arcefsenium latinitate donata prodiit.

§. XLIII.

Quidam Scripiores e Societate mortui.

*Alegamb,
Bibl. Script.
Soc.*

Ad Scriptores Ecclesiasticos, quibus hoc anno mors calamum excussit, referendi occurrunt ex Jesuitis nonnulli, & primo quidem Franciscus Costerus patria Mechliniensis, qui S. Ignatii, a quo Societati aggregatus fuerat, monita, scilicet, *animi demissionem, obedientiam, mentisque jugem lætitiâ*, semper cordi

cordi habebat: Scripsit I. Enchiridion Sæc. XVII.
 Controversiarum nostri temporis de Re- A. C. 1619.
 ligione II. apologiam pro suo Enchiri-
 dio contra Gomarum Calvinistam III. Vid. Supra
 librum de Ecclesia adversus eundem Lib. CXC.
 IV. declarationem fidei contra Hære- §. 3. p. 176.
 ticos Hollandos. V. Responſionem ad
 Lucæ Oſiandri refutationem VI. com-
 pendioſam veteris Orthodoxæ fidei de-
 monſtrationem. VII. apologias contra
 Greuinchovium, Pieterſenum, Petrum
 Cockum, & Molanum præter plurima
 alia opuscula Polemica & Aſcetica.
 Deceſſit Bruxellis die ſexta Decembris
 anno ætatis ſuæ octogefimo octavo.
 Prius autem die decima quinta Junii
 Neapoli obiit Franciſcus Albertinus,
 qui ex Principiis Philoſophicis Theo-
 logica Corollaria deduxit, ediditque:
 Eodem hoc anno pariter mortui ſunt
 Sebaſtianus Gonzalez, Boierus, Val-
 zius & alii, quorum tamen opera re-
 cenſere, vix operæ pretium eſt.

§. XLIV.

*Mathiæ Haſſenrefferi, & Joannis
 Aſſumi obitus.*

Ad hunc annum refertur obitus Ma- *Fiſchlin.*
 thiæ Haſſenrefferi, qui ob morum *mem. Wirt.*
 comitatem, ſolidamque eruditionem *part. 2. p. 8.*
 apud Lutheranæ ſectæ Theologos gra- *Frecher. in*
 tam *Theatr. Wite*
biogra.